

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Doctrina siue doctor 1  
cum fonte primo

Qui congrua disciplina unumquemque arguit,  
eruditum se et probabilem doctorem  
in conspectu omnium ostendit.  
Nec etas iuuenilis in doctore despicienda  
quem uita et discrecio commendat.

Glossa super illud Ecclesiastici XLII.:  
Sis de senioribus qui iudicantur ab  
adolescentibus et eris eruditus in omnibus  
et cetera.

**De disciplina.**

Qui congrua disciplina vnumquemque arguit.  
Eruditum se et probabilem doctorem  
in conspectu sanctorum ostendit.  
Nec etas iuuenilis in doctore despicienda est.  
quem vita et discrecio commendat.

*Glossa ordinaria, liber ecclesiastici*, 42  
(Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch  
ed., Strassburg, 1480).